MICHAEL ALBERTUS,

Regiæ Majest. Borussiæ Consiliarius Aulicus, in Academiâ Hallensi Medicin. Professor Celeberr. Acad. Natur. Curios. Cæsar. Collega,

In Introductione ad Materiam Medicam.

PRæsupponit MATERIÆ MEDICÆ STUDIUM, ut præter certitudinem virium in Remediis simplicioribus, etiam constanter & assiduè certitudo Morborum tam quoad suas Historias, quàm quoad suas causas concilietur; & quanquam videatur Materia Medica magis ad practicum Studium referri, tamen illa veram requirit & involvit Theoriam, sive Cognitionem Morborum, in cujus defectu aliâs magis empiricos ausus sequitur, & communiter salutaribus effectibus, successibus, & eventibus destituitur. Unde licet Materia Medica varia Remedia, diaphoretica, analeptica, roborantia, sedantia &c. commodet, tamen ante omnia requiritur nôsse, an hic aut ille Morbus vel in genere talibus Remediis indigeat, vel quo ordine eadem postulet.

INDEX